ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT ASTRONOMISCHEN TEXTEN

um 1430/1440

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

9 ¶ Trigoni orthogonii cuius tamen duorum datorum
laterum aream scrutari. Sit tamen orthogonius a b c
tamen si duo latera angulum rectum ambientia nota fuerint
verbi gratia a c ut 3, c b ut 4, duc unum in aliud
et producti medietas est area tamen ut patet per 41
primi Euclidis. Si vero latus recto angulo oppositum scilicet a b
cum uno tantum angulum rectum ambientium verbi gratia b c nota
fuerit, tunc subtrahe quadratum lateris c b scilicet 16 de
quadrato lateris a b scilicet de 25 et remanet quadratum lateris
a c, patet hoc per penultimam primi Euclidis, quod est 9,
cuius radix quadrata est 3, et hoc est latus a c, quo
cognito ut prius operare etc.



10 ¶ Ambligonii oxigonii et ambligonii datorum laterum
cathetum invenire. Cathetum voco lineam ab angulo oxigo-
nii vel ambligonii ad latus oppositum perpendiculariter descendentem,
in orthogonio enim idem quod non oportet, quia ibi enim linearum angulum
rectum ambientium potest dici simpliciter cathetus. Sit igitur
tamen a b c notorum laterum a b ut 6, b c ut 8,
c a ut 10, ab uno igitur angulorum tamen ducatur linea perpen-
dicularis super latus eius angulo oppositum quod sit verbi gratia b d.
Est enim illa quam querit. Et quia per penultimam 2i Euclidis
et Campanum ibidem quadratum lateris a b quod opponitur
angulo acuto c minus est duobus quadratis duarum linearum
a c et c b tantum quantum est quod fit ex a c in d c bis, id est quantum est quod fit ex a c in d c duplicato
Duo igitur quadrata scilicet b c quod est 64 et a c quod est 100
simul iungantur et 164 provenient de quibus deme quadratum a b
quod est 36 et remanent 128 et est id quod est quod fit ex a c in (id est eius duplum)
d c bis sumptum. Cuius si medietatem accipis scilicet 64
et per lineam a c scilicet 10 divisceris 6 et 2/5 unum quod
sit linea d c provenit. Quadratum igitur d c scilicet 40 · 46
subtrahe de quadrato b c scilicet de 64 et remanet 23 · 2 · 9
est quadratum b d cuius radix est 4 · 48 quod scilicet cathetus b d quem querebatur etc.